

prepositione *zeta*, quæ vim verbi cui additur augeat et intendit. « En quo alii magis urgent et affirmant, eo Petrus vehementius jurat, et obstinatius agit, » ait Victor Antiochenus in cap. XIV *Marci*. « Considera hic, inquit Cyrillus, lib. XII in cap. I *Joan.* quales ante Spiritus Sancti adventum Apostoli fuerint, et quales postquam ex alto virtute induti fuerint, effecti sint: » qui enim hic ad vocem ancille et servi trepidat, ille postea pontificibus audacter usque ad verbera sese opposuit.

ET CONTINUO (SYTUS, in illa ipsa hora, vel momento) GALLUS CANTAVIT, — ut Petrum predictionis Christi memorem redderet et a lapsu ad penitentiam provocaret. Addit Lucas: « Et conversus Dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini sicut dixerat: Quia prius quam cantet gallus, ter me negabis. » Respectus Christi ergo quo respexit Petrum, ut docet S. Ambrosius, fuit causa, ut Petrus, qui priorem galli cantum non adverterat, hunc posteriorem adverteret, eoque predictionis Christi recordaretur, et penitere ac flere inciperet. Respexit ergo, et respiciendo erexit Christus Petrum, ait S. Leo. Porro, respexit Christus Petrum, tum oculis mentis, obijciendo menti Petri fediditatem negationis, ac stimulo eum ad penitentiam: ita S. Augustinus, Beda, Ambrosius et alii; tum oculis corporis, quia Christus post examen proclamatus reus mortis ex atrio interiore, sive superiore, videtur reductus ad atrium exterius, quod erat deorsum, ut habet Marcus, in quo erat Petrus, ibique verens se ad Petrum, benigno oculo suorum nutu verberans eum, sui lapsus admonuit, et ad se revocavit. Reductus videtur ad hoc atrium Christus, ut pontificibus ad lectum et somnum exiguum considentibus, Christus interim eorum ministris custodiendus et illudendus traderetur. Aut certe Christus ex atrio interiore, per apertum ostium respexit Petrum existentem in atrio exteriori. Summa Christi providentia ita omnia disposuit, ut occasio commoda daretur respiciendi Petrum.

Qua in re mirare celsitudinem æque ac charitatem Christi, qui jam reus mortis proclamatus, inter tot illusiones et verbera sui quasi oblitus, curam egit Petri, ut eum quasi ovem perditam in viam salutis revocaret, docens nos ut idem faciamus. Ita fecit S. Chrysostomus, qui in exilium actus, et fatigatione febrili, fame, siti, milleque malis cruciatus, ac ad mortem adactus, quasi sui oblitus, curam egit suorum, imo et aliorum, ut patet ex ejus epistolis, quas tum ardentissimas scripsit ad Olympiadem, ad Cyriaeum, ad Innocentium Pontificem et ad Constantium presbyterum suum, in qua eum monet, ut in hac sua persécutione animos non deprimat, sed erigat zelumque animarum induat, ac viros Apostolicos in Phœniciam mittat, qui eam convertant, utque de missis et ab eis conversis, rationes ineat et ad se perscribat: in tempestate enim naucleri

industriam virtutemque agnosci, æque ac militis in duello, ducis in prælio, medicum in morbi paroxysmo.

Audi S. Leonem, serm. 3 *De Pass.*: « Respexit Dominus Petrum, et inter calumnias sacerdotum; inter falsitates testium, inter calentium et conspuentium injurias constitutus, illis turbatum discipulum injuriis oculis, quibus eum præviderat esse turbandum, et in illum conversa est veritatis inspectio, ubi erat cordis facienda correctio, quasi quædam illi vox Domini insonaret, ac diceret: Quid habes, Petre? quid in tuam conscientiam recedis? ad me convertere, in me confide, me sequere, mea passionis hoc tempus est, non dum tui venit hora supplicii. Quid metuis quod etiam ipse superabis? Non te confundat infirmitas, quam recepi. Ego de tuo fuit trepidus, tu de meo esto securus. » Quocirca, ut ait S. Hieronymus, « fieri non poterat, ut in negationis tenebris permaneret, quem lux respexerat mundi. »

75. ET RECORDATUS EST PETRUS VERBI JESU QUOD DIXERAT: PRIUSQUAM GALLUS CANTET (« bis, » ut addit Marcus), TER ME NEGABIS. ET EGRESSUS FORAS FLEVIT AMARE. — Præclare Origenes: « Postquam, inquit, angelus diei (id est gallus, suo cantu prænantians instare ortum solis et diei) clamavit ei, tunc recordatus est. » Et Victor Antiochenus, in cap. XIV *Marci*: « Galli cantu, ait, admonitus, quasique a gravi somno excitatus, ad se reversus, comperit se in illud ipsum malum ac probrum decidisse, in quod Dominus ipsum prolapsurum paulo ante denuntiaverat. »

Symbolice: gallus cuique a Deo datus est sua conscientia: que quoties quis peccat, ei exclamant dicitque: Cur tantum scelus committis? cur Deum offendis, te lædis et periculo gehennæ exponis? Hic clamor conscientiam remordet et stimulat ad penitentiam, quem qui audit et exaudit, vere eum Petro compungitur, et penitendo peccatum abolet. Ita Laurentius Justinianus, lib. *De Christi agone*, cap. IX. Rursum gallus est concolorator, qui sua voce peccatum peccatori aperit, eumque ad penitentiam stimulat. Ita S. Gregorius, lib. XXX *Moral.*, cap. IV, explicans illud Job, cap. XXXVIII: « Quis dedit gallo intelligentiam? »

ET EGRESSUS FORAS, — tum quia in conspectu Judeorum eum flere non congruebat, ne se proderet, tum quia hic conspectus eorum fuerat ei causa metus et negationis Christi. Jam ergo penitenti, hæc occasio recidivæ illi tollenda et amovenda fuit. Abit ergo foras, ibique liberis lacrymis habenas laxat: « Non enim, ut ait S. Hieronymus, poterat in atrio Caipha sedens agere penitentiam. Egre ditur foras de impiorum concilio, ut pavide negationis sordes amoris fletibus lavet. »

Objicit Calvinus claudicasse penitentiam Petri, eo quod culpam suam non sit confessus coram Judæis, apud quos Christum negarat, nec scandalum quod eis dederat, abstulerit. Respondeo,

Petrum Judæis, utpote perversissimis et in odio Christi obstinalissimis, nullum dedisse scandalum, quo eos in odio Christi confirmaret: quare, si coram eis negationem Christi retractasset, sine fructu id fecisset, et cum damno, tam suo, quam illorum; exposuisset enim se periculo recidivæ, et illos majoris indignationis et odii in Christum, qui præinde Petrum, et magis Christum neque multassent.

FLEVIT AMARE. — Arabiens, flevit amaro fletu, quia magnus dolor et acris compunctio, quod Christum Dominum suum negasset, amaricavit cor ipsius, ut amaras funderet lacrymas, quibus pro culpa sua Deo satisfaceret. « Nam, ut ait S. Bernardus, lacrymæ penitentium vinum sunt angelorum; » imo vinum sancti et Christi. Audi S. Ambrosium, in cap. XVI *Lucæ*: « Quare flevit? quia culpa obrepit ei; Petrus doluit et flevit, quia eravit ut homo: commune, quod labitur; fidei, quod pœnitet. » Sed quare non oravit potius quam flevit? Respondet: « Lacrymæ lavant delictum, quod voce pudor est confiteri; lacrymæ veniam non postulant, sed merentur. Invenio cur tacuit Petrus, ne tam cito venia petito plus offenderet: ante flendum est, sic precandum. » Et nonnullis interjectis: « Doce nos, Petre, ait, quid tibi profuerint lacrymæ tuæ? sed docuisti illico: nam qui lapsus es, antequam flegres; postquam flevisit, erectus es, ut alios legeres, qui teipsum ante non rexerās. »

Dices: S. Ambrosius ibidem ait: « Lacrymas ejus (Petri) lego. satisfactionem non lego. » Hæc

verba torquent Calvinistæ, ut opera satisfactoria emerent, eisque vim satisfaciendi adimant, sed imperite et inepte. Nam S. Ambrosius per « satisfactionem » intelligit excusationem peccati, ut patet ex his quæ subdit; *g. d.* Lego quod Petrus flevit peccatum suum, non quod illud excusavit, ut solent facere rei apud homines: at non ita fecit Petrus, qui peccatum suum confessus est cum amoris lacrymis, quæ præinde satisfactoria fuisse opera, apud orthodoxos non est dubium.

Notat S. Clemens, S. Petri discipulus et successor, adeo penituisse Petrum, ut per totam deinceps vitam singulis noctibus audiens galli cantum in genua procerideret, amaras funderet lacrymas, et peccati fletu jam remissi iterum veniam a Deo et Christo flagitaret. Hinc etiam oculi ejus ex assiduo ploratu apparebant quasi sanguine respersi, teste Nicephoro, lib. II, cap. XXXVII. Denique lapsus hunc compensavit Petrus austere usque ad mortem vivens, lupinus (pisa sunt amara) comedens, teste S. Gregorio Nazianzeno, orat. *De Amore pauperum*; item assiduis laboribus, Apostolicis persecutionibus, æruminis, ac denique morte crucis, quam pro Christo constantissime et lætissime sustinuit.

Legit lib. IV, cap. v, *Revelat.* S. Brigida, ubi S. Petrus, apparens S. Brigida, narat sui lapsus causam fuisse oblivionem sui propositi et promissionis Christo factæ. Unde ei suadet hoc tentationis remedium: « Surge, inquit, per humilitatem ad magistrum memorie, et pete ab eo memoriam. »

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, pontifex Christum in concilio damnant et tradunt Pilato, ut ab eo pariter damnetur et occidatur. Id videns Judas triginta argenteis refert, desperat et se suspendit. Secundo, vers. 11, Pilatus Christum examinat, et innocentem deprehendens, liberare conatur, componens eum cum Barabba scitario; sed Judæi vocibus Barabbam liberari postulant, Christum vero crucifigi. Tertio, vers. 26, his vocibus victus Pilatus, Christum flagellatum tradit eis ut crucifigatur: quare milites ei ut regi Judæorum, vestes ejus cæronam spineam pro aurea et regali imponunt, pro sceptro dant arundinem, pro purpura chlamydem coccineam. Quarto, vers. 32, educentes eum in Golgotha, crucem ejus imponunt Simoni Cyrenæo; Christoque ibidem inter duos latrones crucifixo, cum titulo: Hic est Jesus Nazarenus, rex Judæorum, vestes ejus sorte dividunt, illique illudunt variis probris et blasphemis. Quinto, vers. 43, tenebra occupant totam terram ab hora sexta ad nonam, quia Jesus resignans Patri spiritum expirat; mox tempus velum scissum est, petra fissæ, monumenta aperta, corpora mortua surrexerunt, terra contremuit: quibus visis, Centurio ait, Vere Filius Dei erat iste. Sexto, vers. 57, Joseph ab Arimathea a Pilato peti corpus Christi illudque sepelit. Judæi sepulcro custodes adhibent.

1. Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. 2. Et vincum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato præssidi. 3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pe-

nitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, 4. dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. 5. Et projectis argenteis in templo, recessit; et abiens laqueo se suspendit. 6. Principes autem sacerdotum, accipis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. 7. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. 8. Propter hoc vocatus est ager ille, Haedlama, hoc est ager sanguinis, usque in hodiernum diem. 9. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel; 10. et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. 11. Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogavit eum præses, dicens: Tu es rex Judæorum? Dicit illi Jesus: Tu dicis. 12. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit. 13. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? 14. Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer. 15. Per diem autem solemnem consuerebat præses populo dimittere unum vincitum, quem voluissent. 16. Habebat autem tunc vincitum insignem, qui dicebatur Barabbas. 17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? 18. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. 19. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, et justo illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. 20. Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populus ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. 21. Respondens autem præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam. 22. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? 23. Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. 24. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine justorum, vos videritis. 25. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos et super filios nostros. 26. Tunc dimisit illis Barabbam, Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. 27. Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorium congregaverunt ad eum universam cohortem; 28. et exeuntes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei; 29. et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, et arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave, rex Judæorum. 30. Et exeuntes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus. 31. Et postquam illuserunt ei, exierunt eum chlamyde, et induerunt eum vestimenta ejus, et duxerunt eum ut crucifigerent. 32. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus. 33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvarie locus. 34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere. 35. Postquam autem crucifixerunt eum, dividerunt vestimenta ejus, sortem mittentes; ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. 36. Et sedentes servabant eum. 37. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Hic est Jesus Rex Judæorum. 38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, unus a dextris, et unus a sinistris. 39. Prætereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua, 40. et dicentes: Vah! qui destruis templum Dei, et in triduo illud reedificas, salva temetipsum; si filius Dei es, descende de cruce. 41. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum Scribeis et senioribus dicebant: 42. Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei; 43. confidit in Deo, liberet nunc, si vult eum; dixit enim: Quia Filius Dei sum. 44. Ipsium autem et latrones, qui crucifixi erant

eum eo, improperebant ei. 45. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. 46. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens: Eli, Eli, lamma sabaethani? hoc est, Deus meus, ut quid dereliquisti me? 47. Quidam autem illic stantes, et audientes, dicebant: Eliam vocat iste. 48. Et continuo currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto, et imposuit arundini, et dabat ei bibere. 49. Cæteri vero dicebant: Sine videamus an veniat Elias liberans eum. 50. Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. 51. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum; et terra mota est, et petra scissæ sunt, 52. et monumenta aperta sunt; et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. 53. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. 54. Centurio autem, et qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terræ motu et his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere Filius Dei erat iste. 55. Erant autem ibi mulieres multe a longe, quæ secute erant Jesum a Galilea, ministrantes ei: 56. inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi et Joseph mater, et mater filiorum Zebedæi. 57. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nomine Joseph, qui et ipse discipulus erat Jesu. 58. Hic accessit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus. 59. Et accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone munda. 60. Et posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, et abiit. 61. Erat autem ibi Maria Magdalene, et altera Maria, sedentes contra sepulcrum. 62. Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum et Pharisæi ad Pilatum, 63. dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. 64. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi: Surrexit a mortuis; et erit novissimi error pejor priore. 65. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam; ite, custodite sicut scitis. 66. Illi autem abeuntes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.

1. MANE AUTEM FACTO (SYRUS, cum autem esset diluculum), CONSILIUM INIERUNT OMNES PRINCIPES SACERDOTUM ET SENIORES POPULI ADVERSUS JESUM, UT EUM MORI TRADERENT.

MANE. — « Certe, ait S. Hieronymus, sollicitudinem sacerdotum in malum, » juxta illud Psal. XIII: « Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. » Urgebat ad hoc eos immane in Christum odium, et instigatio diaboli (1). Fuit hoc mane ferie sextæ, sive diei Veneris, qua post paucas horas ab eis crucifixus est Christus. Itaque Caiphas, qui noctu cum paucis Christum examinaret et damnaret, mane convocavit magnum plenumque concilium, quod Sanedrim vocatur, et 70 viris, sive senatoribus, constabat, ut ab eo toto Christus damnaretur, ac damnatus Pilato traderetur, ne Pilatus eum, utpote a toto concilio prædammatum, absolvere posset. Gesta in hoc concilio tacet Mattheus, quia in eo repetita fuit Christi examinatio et damnatio, quam ipse recensuit cap. preced., vers. 59 et seq. Lucas vero rem in eo gestam sic supplet et enarrat,

Sine
dramo-
vocat
phas ad
Sanedrim
Sine
Christi
tum.

cap. XXI, 66: « Et ut factus est dies, convenerunt Seniores plebis, et Principes sacerdotum, et Scribæ, et duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illi: Si vobis dixerò, non credetis mihi; si autem et interrogaverò, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim avidimus de ore ejus. » Hæc explicui cap. preced., vers. 59.

Præclare S. Leo, serm. 3 De Passione: « Ille mane, inquit, vobis (o Judæi) templum et altaria diruit, legem et Prophetas ademit, regnum et sacerdotium sustulit, in luctum æternum omnia festa convertit. »

Ut (Græce ἐνωσ, id est *quamvis*) EUM MORI TRADERENT, — scilicet qua ratione sine obstaculo et tumultu eum occiderent; item quo genere mortis eum afficerent, nimirum crucis, quod erat summi doloris æque ac infamie. Verisimile est aliquos in hoc concilio fuisse Christi sectatores, vel amicos, qui vel a concilio hoc se absentarunt, vel a Caipha non vocati, aut alio missi fuere, ne Christum in concilio defenderent: quod si aliqui

(1) Mane, hora scilicet insolita, ut ante Romanis Christus traderetur quam sciretur a populo, quem ei favere haud dubium erat.

interrogasse pontifices: « Quam accusationem afferitis adversus hominem hunc? » Responderunt pontifices superbe: « Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. » Hoc responso iratus Pilatus ait: « Accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicate: » lex autem jubebat Masphemus (qualem esse Iesum censebant pontifices) lapidari. Mox pontifices, quia volebant Christum ad majorem infamiam crucifigi, contra obtulerunt: « Nobis non licet interficere quemquam, » scilicet quia hoc jus eis ademptum erat a Romanis, idque factum est hoc consilio, ait Joannes, « ut sermo Iesu, » quem audivimus, *Matth. xx, 18*, « impleretur, » significans quod morte esset moriturus, » scilicet infami et durissimum, nimirum a Pilato et Romanis agendus in crucem. Crux enim apud Romanos erat supplicium proprium seditiosis et affectati regni (uti ostendit Lipsius, lib. I *De Cruce*, cap. xiv), quod hic pontifices Christo impingunt, ut non taderet Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego: ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, et dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam. »

Porro, pontifices videntes sua auctoritate et damnationis Christi præjudicio non moveri Pilatum, sed causam poscere et crimina de quibus eum accusent, ut ex his videat et iudicet an Iesus reus sit mortis, necne; hae de causa ipsi tria crimina depronunt, de hisque Iesum apud Pilatum quasi reum mortis accusant, quae recenset Lucas, *xxii, 2*, scilicet dicentes: *primum*, « Hunc invenimus subvertentem gentem nostram; » *secundum*, « Et prohibentem tributa dare Caesari; » *tertium*, « Et dicentem se Christum regem esse; » *quartum* addit Pilatus in epistola quam scripsit de causa Iesu ad Tiberium Imperatorem, quae extat apud Hegeppum, lib. V, scilicet Judæos Christo etiam magiam objecisse, quod nimirum mira et miracula faceret ope demonis, quasi magus, eo quod Judaei de Christo dixissent: « In Beelzebub, principe demoniorum, eiecit demonia, » *Matth. xii, 24*. Omnia hæc falsissima erant, ac nominatim de tributis contrarium, scilicet illa danda esse Caesari, diserte dixerat Christus *Matth. xxii, 17*; imo de facto ipse pro se et pro Petro solverat tributum, cap. xvii, 27. Quocirca Pilatus, qui ex fama publica multa præclara audierat de vite integritate, doctrina et miraculis Iesu, hæc ut ex odio et invidia principum in Christum confecta, neglexit et despexit; ac solum interrogavit Iesum, an ipse esset rex Judæorum, sive quod ortus ex sanguine regum, ad ipsum jus regni Judææ pertineret; sive quod Messias titulo, aut aliquo alio simili, illud ad Iesum spectaret. Iesus Pilato respondit rogavitque, uti supplet Joannes, *xviii, 34*: « A teipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? » Sciebat Iesus pontifices id divisisse Pilato, seque apud eum de

affectato Judææ regno accusasse, sed vultu interrogando pungere Pilatum, ut meminerit Judæorum, id est hostium suorum, hæc esse verba et calumniam, cum ipse Pilatus preses, cuius erat Caesaris nomen plenumque imperium tueri, ac proinde curare ne quis regem Judææ se diceret, physicum, et *ut quisque*, sive mundanum. Christus enim a primo instanti conceptionis suæ, proprie et directe habuit regnum et dominium totius mundi, saltem quoad jus et potestatem, ut posset reges quoslibet et regno deponere et alios creare, licet hæc potestate in terris non sit usus.

Christo, dandum prædixerunt David et Propheta: ita S. Augustinus, tract. 113 in *Joan. Secundum* Christi regnum, ut recte docet D. Thomas, lib. I *De Regimine Principum*, cap. xii, et alii contra Abulensem in cap. xxi *Matth.*, *Quest. XXX*, est physicum, et *ut quisque*, sive mundanum. Christus enim a primo instanti conceptionis suæ, proprie et directe habuit regnum et dominium totius mundi, saltem quoad jus et potestatem, ut posset reges quoslibet et regno deponere et alios creare, licet hæc potestate in terris non sit usus.

Pro quo nota triplex esse dominium et regnum. Primum est summum et divinum, quod Deus in omnes creaturas, quasi res suas, obtinet. Hoc soli Deo est proprium. Secundum est inanimatum et humanum, quale habent reges, Imperatores et principes terræ. Tertium, et inter hæc duo medium, est regnum et imperium Christi quia homo est, quia hoc longe excedit et superat omnia regna humana, omniaque regum sceptrata et iura: *primo*, origine, quia a Deo manat, non ab homine; Deus enim hoc Christo dedit, non republica hominum; *secundo*, firmitate, quia insuperabile est, perpetuum et æternum; *tertio*, objecto, quia ad omnia creata, etiam ad angelos se extendit. Id ita esse patet, quia Christus dicitur in femore, id est in humanitate, habere scriptum: « Rex regum, et Dominus dominantium, » *Apoc. xix, 16*; item dicitur esse « Princeps regum terre, » *Apoc. 1, 5*; ac rursum ipse de se ait: « Jata est mihi omnis potestas in celo et in terra, » *Matth. xxviii*. Hoc enim imperium Christo homini datum erat ratione unionis hypostaticæ cum verbo, sive Dei Filio, ut scilicet ipse, quia per eam ascituserat in Filium Dei, hæres esset et Dominus universorum. Quare hoc regnum Christo homini est proprium, quod ipse nulli, ne S. Petro quidem ejusque successoribus Pontificibus communicavit.

Quæres rursum, an Christus, quia homo, habuerit jus humanum ad regnum Judæorum? Respondeo habuisse; erat enim ipse filius David cæterorumque regum Judææ, ut patet *Matth. 1*, ideoque eorum successor et hæres. Regnum tamen hoc actus non adit, nec in eo rex inauguratus est; ejus tamen specimen quoddam dedit, cum in Dominica Palmarum solemnī pompa, quasi rex Messias asino vectus, ingressus est Hierosolymam, ac turba ei acclamavit: « Hosanna filio David, » *Matth. xxi*; sed, ut dixi, reipsa hoc regnum non adit nec administravit Christus, presertim quia ante eum jam dicit regnum familia David cessarat in Jechonia et Sedeia, qui fuerunt ultimi reges Judæorum et stirpe David, ac postea hoc regnum eorum communi consensu populi translatum fuit ad Assamoneas, scilicet ad Judam, Jonatham et Simonem Machabæos, eorumque posteros.

12. ET CUM ACCUSARETUR A SACERDOTIBUS SACER-

DOTUM ET SENIORIBUS, NIHIL RESPONDIT. — Causa fuit *prima*, quia omnia que ei objiciebantur manifeste erant falsa et responso indigna. Ita S. Augustinus, serm. 118 *De Temp.*: « Accusationem, inquit, suam Dominus tacendo non firmat, sed despicit non repellendo: melior est causa que non defenditur, et probatur; plenior justitia, quæ non verbis astruitur, sed veritate fulcitur. Scivit Salvator, qui est sapientia, quomodo tacendo vinceat, quomodo non respondendo superaret. » *Secunda*, quia Iesus sciebat frustra se responsurum et responso suo magis irritaturum Judæos furetes in necem suam. *Tertia*, ne diluens crimen a preside dimitteretur, et crucis utilitas differretur, ait S. Hieronymus, quia volebat tacendo condemnari et mori pro salute hominum. Ita S. Ambrosius in cap. xxiii *Lucæ*: « Bene tacet, inquit, qui defensione non indiget; ambient defendi, qui timent vinci. Quid timeret, qui non ambiret salutem? Solus omnium suam prodit, ut acquirat omnium. » *Quarta*, ut silentio suo luere et expiare omnia mendacia, perjuria, blasphemias, maledicta, calumnias, etc., quæ homines loquendo committunt, eosque doceret linguam frenare, ac in malis, otiosis et vanis silentium orare indicere.

13. TUNC DICIT ILLI PILATUS: NON AUDIS QUANTA ADVERSUM TE DICUNT TESTIMONIA? — Pilatus enim adversum Iesum et domo sua foras, ut audiret accusationes principum nolentium ingredi prætorium, ne contaminarentur gentilis presidis domo et tribunali, sed ut puri manducarent pascha, id est victimas in Paschate oblatas, vel mox offerendas, ut ait Joannes, *xviii, 28*.

14. ET NON RESPONDIT EI AD ULLUM VERBUM, ITA UT MIRARETUR PRESSES VEHEMENTER. — Mirabatur Pilatus Iesum innocentem, sapientem et eloquentem in extremo vite discrimine constitutum, cum a potentissimis principibus furiose accusaretur et urgeretur ad necem, silere. Mirabatur ergo ejus animi modestiam, æquanimi-tatem, celsitudinem, mortis contemptum, indeque magis ejus innocentiam et sanctitatem agnovit, omnibusque modis eum et manibus Judæorum liberare satagit. Audi S. Athanasium, serm. *De Pass. et Cruce*: « Magnum id certe et mirificum in Salvatore, qui tacendo et non respondendo tam efficax erat in persuadendo, ut iudex ultro factiones, conspirationesque adversus eum initias, et agnosceret et confiteretur. » Ita sæpe Sancti calumnias in se factas silendo magis quam respondendo confutant. Innocentis enim vite silentium vocalis est omni apologia, quantumvis verbosa.

15. PER DIEM AUTEM SOLEMNEM CONSERVAVIT PRESSES POPULO DIMITTERE UNUM VINCTUM. QUEM VOLUISSENT. — Ante hunc versum supplicium et præponendum est, ex *Lucæ xxiii, 5* et seq., Pilatum, cum audiret Iesum esse Galileum, ut ab ejus condemnatione se extricaret, misisse eum

Lucæ
xviii, 19;
Mar. xv,
7.
Sicut
Christus
quatuor
loca
Prima.

Quarta.

Vers. 13.
Mar. xv,
4.

Vers. 14.
Mar. xv,
5.
Miratur
Pilatus.

Vers. 15.
Lucæ
xxiii, 17;
Mar. xv,
6; *Jean*
xviii, 29.

Christi
regnum
imperi-
um
extera.
Primo.
Secundo.

Tertio.

Regnum
Christi.
Primo,
spirituale

Quæres, quale et quotuplex est regnum Christi? Respondeo: Christus, quia homo, duplex habuit regnum, etiam dum viveret in terris. *Primum* spirituale, scilicet Ecclesiam: Hanc enim quasi republicam fidelium in Judæa instituit, ac certis legibus, ordinibus, Sacramentis, etc., ordinavit, ac per S. Petrum ejusque successores quosque vicarios suos regit, et per omnes gentes propagat. Hoc est regnum quod Messias, id est

ad Herodem, Galliae regem, qui eum silentem, velut fatum illudens, veste alba indutum remisit ad Pilatum, quem antea, ob exortum de terminis jurisdictionis litigium, inimicum sibi, hoc facto reconciliavit. Pro veste alba, Graece est λευκῆ, id est illustri, candida, splendida; candor enim splendet, et vicissim fulgor candet.

Alba ergo veste Herodes induit Christum, quia haec vestis, primo, erat ambientium magistratum, cui inde Candidati dicebantur; secundo, eadem erat principum; tertio, eadem erat morionum et stultorum. Suggillavit ergo hac veste Herodes Christi stultam ambitionem, quod scilicet stolidi et ex fatuitate Judaeae regnum affectasset et ambivisset.

Symbolice vestis candida representabat Christi innocentiam, puritatem, virginitatem, victoriam, immortalitatem, gloriam, etc., quam per passionem et illusionem hanc meruit et acquisivit. Horum enim symbolum erat vestis candida, ut ostendi Ecles. ix, 8, ad illa: «Omni tempore sint vestimenta tua candida.» Unde S. Ambrosius, in cap. xxii Lucæ: «Alba induitur, ait, immaculate tribuens indicia passionis, quod Agnus Dei sine macula peccata mundi susciperet.»

Porro Pilatus, videns Jesum sibi ab Herode remissum, ut eum liberaret, dixit principibus, ut habet Lucas, cap. xxiii, vers. 14: «Obtulistis mihi hunc hominem quasi avertemem populum, et ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inveni in homine isto, ex his in quibus eum accusatis; sed neque Herodes, in rem remisi vos ad illum, et ecce nihil dignum morte aeternam est ei. Emendatum ergo illum dimittam.» «Emendatum,» id est castigatum et flagellatum, ut scilicet hac castigatione non culpam, quam nullam commisit, sed vestra in eum odia exsternam.

Mox Pilatus alium modum liberandi Jesum adinvenit, et populo proposuit, quem hoc vers. 13 recenset Matthæus, scilicet ut in Paschate de more aliquem eum liberum dimissurus, componeret Jesum cum Barabba latrone, sperans et vix dubitans quomodo Judaei Jesum, qui tot infirmos eorum curaret tantaque beneficia eis contulerat, poscerent liberari, Barabba vero damari. Unde ait: «Per diem solemnem,» scilicet presentem Pasche, ut habet Joannes, xviii, 39, «consueverat preses populo dimittere unum vincium quem voluisset.» Hic mos olim apud Judaeos observatus fuit in memoriam liberati ex Aegypto captivitate Israelis per Moysen, Exod. xiv (1).

(1) Mos solemnioribus festis damnatos relaxandi vigeat et apud Gentiles, hac indulgentia recolentes deorum benignitatem qui olim in terris conversati homines edocuerant tum utiles, tum necessarias artes, gonialesque dies instituerant. Similem usum servatum fuisse dicitur a Theodosio et Arcadio imperatoribus qui, prima dierum Paschatum, ob leve delictum damnatos liberos esse jubebant. Pia sanæ et egregia res esset si Christiani prin-

Quæres, an vere Pilatus voluerit dimittere Christum? Negat Rupertus putatque Pilatum instar vulpis simulasse se velle liberare Jesum, sed secreto colluisse Judæis, ut eum perderet: «Quia, inquit, posuit ipse Jesum in Judaeorum invidentium arbitrio.» Verum longe melius S. Augustinus cæterique omnes censent Pilatum sincere et serio voluisse dimittere Jesum. Id enim disertè habet Lucas, cap. xxiii, vers. 20; et S. Petrus, Actor. cap. xiii: «Jesum, ait, negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti.» Idem liquet ex tot modis et instantiis quibus Pilatus selegit salvare vitam Christi.

Prima instantia fuit, quod principibus suam auctoritatem et iudicium, quo cum Caïpha pontifice Jesum damnarant, Pilato obtendentibus poscentibusque eum ad necem, ipse non acquievit, sed causam ejus cognoscere et crimina de quibus eum accusabant, audire et judicare voluit, Joan. xviii, 31.

Secunda instantia fuit, quod principibus Regi Judaici objicientibus, non credidit, maxime cum a Jesu audisset regnum ejus non esse de hoc mundo; unde palam edixit se nullam mortis causam in Jesu invenire.

Tertia fuit, quod miserit Jesum ad Herodem, Tertio ac remissum ad se, tam suo quam Herodis testimonio innocentem pronuntiavit.

Quarta fuit, quod composuerit eum cum Barabba, sperans Judæos potius liberaturos Jesum quam Barabam. Unde subdit Matthæus:

16. HABEBAT AUTEM TUNC VINCIVM INSIGNEM, QUI DICEBATUR BARABAS. — «Insignem,» scilicet scelere et infamia, Graece τριτωνος, id est famosum, scilicet nominatum pro mactis, ait Euthymius, xv, 7; Joannes eum «latronem» vocat; Marcus, «qui cum seditiosus erat vincius, qui in seditione fecerat homicidium;» Lucas, «erat propter seditionem quandam factam in civitate et homicidium, missus in carcerem.» Unde Chrysostomus eum vocat «famosum in protervitate, et multis homicidiis inquinatum.» Magna fuit hæc infamia et cruciatus Jesu, quod se innocenter et sanctum, imo Sanctum Sanctorum, qui tot agris et mortuis vitam dederat, eratque electus auctor vitæ æternæ, carneret componi et postponi Barabba, qui erat selestus, homicida et auctor mortis. Disce, o Christiane, cum componeris et postponeris minus dignis, imo indignis et sceleratis, imitari patientiam Jesu, qui passus est se postponi Barabbae.

BARABAS. — Hebr. idem est quod bar abba, id est filius patris, scilicet primi Adæ, qui omnium hominum peccatorum fuit pater, cui postpositus fuit Christus, eum ejus irobedientiam et culpam

cipes, id exemplum secuti, Parasceves aut Paschatis die, reum poenitentem relaxarent, in memoriam generis humani hac die a vinculis peccati et diaboli liberati.

Insta-
ta Pilati
ad li-
berandum
Christum.
Vincium.
Primo.

Secundo.

Quarta.

Vers. 16.
Luc.
xxiii, 13.
14; Mar.
xv, 7;
Joan.
xviii, 31.
Barabba
famosus
latro.

in se luendam suscepit, ideoque damnatus fuit ad mortem, ut Adamum ejusque posteros a morte liberaret. Minus apto S. Hieronymus: «Barabbas, inquit, dicitur quasi bar abba,» id est filius magistri. Sic enim «Barabbas» dicendum esset per duplex r, jam autem dicitur «Barabbas» per simplex r.

17. CONGREGATIS ERGO ILLIS, DIXIT PILATUS: QUEM VULTIS DIMITTI VOBIS? BARABBA, AN JESUM, QUI DICITUR CHRISTUS? — «Ut si principes, inquit Druthmarus, propter invidiam volebant eum perdere, populus, qui expertus fuerat ejus multiplicia beneficia, peteret eum vivere;» vel certe si nollent, quod ait Chrysostomus, «tantquam innocentem absolvere, saltem tanquam condemnatum solemnitati largirentur.»

QUI DICITUR CHRISTUS, — id est, qui vulgo habetur vocatur Messias. Serio hoc dixit Pilatus, ut pungeret Judæos ad postulandum Jesum liberari, q. d. Jesus est Messias vester, patribus vestris vobisque promissus; cavete ergo ne eum morte muletis.

18. SCIEBAT ENIM QUOD PER INVIDIAM TRADIDISSENT EUM. — Tuus quia principes clamore, vultu, gestu non nisi odia et iras spirabant in Christum; tum quia multa audierat de Jesu sanctitate, doctrina et libertate, qua principum vitia taxaverat.

19. SEDENTE AUTEM ILLO PRO TRIBUNALI, MISIT AD EUM UXOR EJUS, DICENS: NIHIL TIBI ET JUSTO ILLI: MULTA ENIM PASSA SUM HODIE (hac nocte) PROPTER EUM. — Nova est hæc instantia uxoris Pilati, ad liberandum Christum. Uxor ergo Pilati sub auroram quiescens in lecto, cum maritus ejus Pilatus jam surrexisset, ut negotiis publicis vacaret, habuit terrificam somnia, minitancia sibi et marito, si is Jesum innocentem et sanctum condemnaret. Somnia hæc illi immissa fuisse a demone jam agnoscente Jesum esse Christum; ideoque ejus necem impedire volente, ne per eam homines salvarentur, censent S. Cyprianus (vel quisquis est Auctor), serm. De Passione; S. Bernardus, serm. 1 De Paschate; Lyranus, Carthusianus et Cajetanus. Unde Rabanus: «Intelligens diabolus, inquit, se per Christum spolia amissurum, vult per mulierem liberare.» Citant Baronius et Barradius pro eadem sententia S. Ignatium, epist. 8 ad Polycarpum, et 5 ad Philippenses, sed nil tale in Ignatio reperire potui.

121 De Tempore, et S. Ambrosius, lib. X in Lucam, censent hoc somnium uxori Pilati a Deo per angelum sanctum fuisse inditum, idque primo, ut Christus ab utroque sexu, scilicet tam a Pilato

quam ab ejus uxore; innocentie suæ ferret testimonium, sicut ejusdem innocentie testimonium luculentum dederunt omnia elementa, quæ in ejus morte commota et concessa fuerunt. Secundo, quia si Pilato hoc somnium immisisset, is illud apud se in mente retinisset, ait Chrysostomus. Immittitur ergo uxori, ut illa marito Pilato in tribunali, eorum principibus et Judæis illud revelet et enuntiet, ut ipsi audiant Jesum esse innocentem. Tertio, quia videtur hæc uxor fuisse mulier honesta, misericors et pia: unde eam per hoc somnium agnovisse Jesum esse Messiam, salvatorem mundi, in eumque credidisse esseque salvatam opinantur Origenes, S. Chrysostomus, Theophylactus et alii. Audi S. Hilarius, can. xxxiii, hic: «Species in ea Gentium plebis est, quæ jam fidelis eum, cum quo conversabatur, incredulum populum ad Christi fidem advocat. Quia ipsa populum sit passa pro Christo, in eandem gloriam futuræ seipsum illi invitavit.» Sic etiam Ambrosius, lib. X in Luc., xxiii: «Monebat uxor, inquit, sed a quo mota? Lucebat in nocte gratia, divinitas eminebat, nec sic a sacrilega sententia temperavit.» Nec dissenit S. Augustinus relatus a D. Thoma in Catena aurea, dum docet utrumque conjugem, agente Deo, testimonium publice pro Christo tulisse: ille siquidem clamavit: «Nihil mali feci;» ipsa vero: «Nihil tibi et justo illi.» quod, S. Hieronymo eadem teste, fidei gentilis populi pressigium fuit. Idem S. Augustinus in serm. 121 De Temp.: «In natalivitate mundi, ait, uxor duxit virum ad mortem,» scilicet Eva Adamum; «in passione Christi, uxor provocat ad salutem,» scilicet Claudia Pilatum.

Quocirca Lucius Dexter in Chronico, anno Christi 34, num. 2, sic habet: «Anno Christi 34, Christus, salvator mundi, reus apud Pilatum agitur; Claudia Procula, uxor Pilati, admonita pro somnium, in Christum credit et salutem consequitur.» Simili modo inter alia mulieres, quæ de suis facultatibus predicantibus Jesu ministrabant, fuit Joanna, uxor Chuse, procuratoris Herodis, qui Christum sprevit et veste alba indutum illusit.

Favet Evangelium Nicodemi, quod, licet apocryphum, multa tamen vera probeat continet. In eo enim sic legitur: «Cogitante vero Pilato quid ageret de Jesu, misit ad eum uxor ejus, nomine Procula, dicens: Nihil tibi et justo illi, multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Respondentes Judæi, dixerunt Pilato: Numquid non diximus, quia maleficus est? ecce somnium immisit ad uxorem tuam.» Denique Menologium Græcorum Proculam, Pilati uxorem, catalogo Sanctorum ascribit. Citat hæc Vincentius Belvacensis, lib. VII Speculi histor., cap. xli. Proculam quoque uxorem Pilati nominat Nicephorus, lib. I, cap. xxx. Forsan Claudia hæc Procula, Pilati uxor, est illa Claudia, cujus meminit Paulus, II Timoth. iv: «Salutant te Eubulus, et

Uxo-
ris Pila-
ti som-
nium
quod im-
misit.

Uxor
Pilati no-
men Pro-
cula.

vestitus exiit, columnam sponte amplectens, recte ligatur, et flagellis aculeatis, infixis aculeis et retractis non evellendo, sed sulcando totum corpus ejus laceratur. Ad primum igitur ictum ego quasi corde percussa, sensibus abducor, et post tempus evigilians. corpus ejus laceratum video; toto enim corpore nudus erat cum flagellaretur.

Ratio a priori fuit, quod Christus nostras voluptates, concupiscentias sceleraque omnia que plurima et gravia erant, hac flagellatione luere et expiare voluerit: qua in re « non solum attendit, ait S. Thomas, III part., Quest. XLVI, art. 6, ad 6, quantam virtutem dolor ejus haberet ex divinitate unita, sed etiam quantum dolor ejus sufficeret, secundum humanam naturam ad tantam satisfactionem. » Insuper mereri voluit Martyribus omnibus robur et vires ad flagellationes quaslibet fortiter tolerandas. Unde Isaias de eo, cap. LIII, 3, ait: « Non est species ei, neque decor. » Et: « Vidimus eum, et non erat aspectus, etc., virum dolorum et scientem infirmitatem, etc., et nos parvum eum quasi leprosum, et percussum a Deo et humiliatum. »

Jam vero in his omnibus Christus stupendam et divinam animi patientiam, fortitudinem et constantiam ostendit, ut nec gemitum ederet, nec signum aliquod doloris daret, sed velut petra immobilis consisteret; imo omnia verbera omnesque dolores, quasi rex dolorum sibi subjiceret, fisque dominaretur, animoque celso imperaret. Unde Gentilis quidam scriptor id admiratus, exclamavit: « O virum infractum animo, qui nec precem nec lacrymam fudit! » Hinc S. Laurentius Justinianus, lib. De Triumphali agone, cap. XIV: « Tanquam gigas, inquit, imperterritus stetit, et coronationis penam immutata mente sustinuit. » Unde S. Cyprianus, lib. De Bono patientia: « Inter cetera, inquit, admirabilia virtutum, quibus indicia divina majestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantia tenore servavit. » Et Tertullianus, lib. De Patientia, cap. III: « Qui, inquit, in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. Hinc vel maxime, Pharisei, Dominum agnoscere debuistis: patientiam hujusmodi nemo hominum perpetraret. » Et S. Ambrosius, serm. 17 in Psal. CXVIII: « Christus, ait, calumniis appetitus silentium detulit triumphale. » Quare ex patientia hac plusquam humana et divina, Judaei colligere debent Christum esse hominem divinum, imo Deum, ut collegit Centurio dicens: « Vere Filius Dei erat iste. »

Faciebatur amor Dei et hominum. Amor enim superabat dolorem, et pra amore exiguus erat illi omnis dolor. Hinc et Christus in omnibus rebus et in omnibus membris et sensibus pati voluit. Nam, ut ait D. Thomas, III part., Quest. XLVI, art. 3 in corpore: « Passus est Christus in suis amicis, eum deserentibus; in fama, per blasphemias contra eum prolatas; in honore et

gloria, per irrisiones et contumelias ei illatas; in rebus, per hoc quod etiam vestibus spoliatus est; in anima, per tristitiam, taedium et timorem; in corpore, per vulnera et flagella. Tertio, potest considerari quantum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite pungentium spinarum coronam, in manibus et pedibus fixationem clavorum, in facie alapas et spata, et in toto corpore flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum; secundum tactum quidem, flagellatus et clavis confixus; secundum gustum, felle et aceto potatus; secundum olfactum, in loco fetido cadaverum mortuorum (qui dicitur Calvariae) appensus patibulo; secundum auditum, laecessitus vocibus blasphemantium et irridendum; secundum visum, videns matrem et discipulum quem diligebat, flentes. » Longe majores fuere in Christo dolores animi, praesertim compuncti ob peccata omnia singularum hominum, item dolor de multitudinea damnandorum; ad haec compassio Martyrum et aliorum fidelium, qui dura erant passuri, ut dixi cap. XXVI, 38, ad hos omnes dolores subeundis Christum adegit amor immensus. Mensura enim doloris est amor, quia sine dolore non vivitur in amore. Unde illud de Christo patiente:

Cernis ut in toto corpore sculptus amor!

TRADIDIT EIS UT CRUCIFIGERETUR. — scilicet post flagellationem et coronationem, quae sequitur, ut dixi. Est ergo hic hystero-logia. Multa enim hic per compendium perstringit Mattheus, quae fuse enarrat Joannes, cap. XIX a vers. 1 usque ad vers. 46.

Porro, Pilatus « tradidit » Judaei Jesum, quasi index per sententiam eum condemnando ad mortem crucis. Sententia vero Pilati ex vetustis annalibus accepta, ut refert Adrichomius in Descript. Jerusalem, pag. 163, fuit haec: « Jesum Nazarenum subversorem gentis, contemptorem Caesaris, et falsum Messiam, ut majorum suae gentis testimonio probatum est, ducite ad communis supplicii locum, et cum ludibrio regiae majestatis in medio duorum latronum cruci affigite. I, licetor, expedi cruce. » Ubi nota: « ut majorum suae gentis testimonio probatum est: » hoc enim suae damnationis Christi apud Caesarem et Romanos quasi velum ignaviae suae et injustitiae obtendit Pilatus, quod scilicet pontifices testati essent Jesum esse pseudochristum, cum ipse contrarium sciret. Perperam ergo dicit « probatum est: » nec enim pontifices id probarunt, sed tantum asseruerunt, idque falso et per calumniam.

Quocirca Pilatus rationem suae gubernationis de more Caesaris Tiberio per litteras reddens, inter alia scribit se Jesum crucifixisse ob importunitatem Judaeorum, caeteroqui eum fuisse virum sanctum et divinum. Audi Paulum Orosium, lib. VII Histor., cap. IV: « Pilatus ad Tiberium Imperatorem retulit de passione et resurrectione

Sententia
data
Pilato
in
Christum.

Pilatus
de
Christo
scribit
Tiberio.

Christi, consequentibusque virtutibus, quae vel per ipsum palam factae fuerant, vel per discipulos ipsis in nomine quae fiebant, et de eo quod certatim crescente plurimorum fide Deus crederetur. » Audi et Eusebium in Chronico, anno Christi 38: « Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad senatum ut inter cetera sacra perciperetur. Verum cum ex consulto patrum Christianos eliminari urbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem. » Ita Tertullianus scribit in Apologet., cap. V et XXI; Eusebius etiam, lib. II Histor., cap. II; Nicephorus, lib. II, cap. VIII; Orosius, lib. VII, cap. IV; Gregorius Turonensis, lib. I Hist., cap. XXIV; Regiz et Hermannus Contractus in Chronico, et Chronicorum compiler in suo, Ado Viennensis et alii.

Igitur ex ipsius judicis Pilati testificatione condemnatus fuit eo in hoc suo iniquissimo judicio Christus Deus noster, in quo palam accusabat invidia, testificabatur odium, crimen erat innocentiae, corrumpebatur timor, condemnabatur ambitio, plebebat crudelitas.

27. TUNC MILITES PRESIDIS SUSCIPIENTES JESUM IN PRAETORIUM (Marcus, « in atrium praetorii »), CONGREGAVERUNT AD EUM UNIVERAM COHORTEM. — « Tunc » refer non ad « tradidit ut crucifigeretur », nam ante damnationem et traditionem haec Christi contingere, ut dixi; sed ad « flagellatum », Graeco ἐπιπέδησεν, id est cum flagellasset; q. d. Milites flagellantes Jesum, mox simul eum spinis coronaverunt.

CONGREGAVERUNT, — ut cum quasi sctum pictumque regem Judaeorum per ludibrium regis insignibus orarent et salutarerent. Est enim militum genus crudele, voluptatem capiens ex contumeliis, ait Carysostomus.

COHORTEM. — Cohors erat decima pars legionis, continens milites 1200, vel, ut alii, 500 duntaxat. Vide diela cap. XXVI, 33. Cohors haec erat Praetoria, quae scilicet praetorem Pilatum stipabat et contra furorem populi et hostium insidias munitabat. Quare cohors haec erat in arce Antonia, quae media erat inter praetorium et templum, ut, si aliter in loco tumultus oriretur, illico accurreret eumque perespiceret.

28. ET EXVNTES EUM, CHLAMYDEM COCCINEAM CIRCUMDEDERUNT EI: — « Lulum sibi Jesum facientes, » ait Origenes.

EXVNTES. — Graeco ἐξέδρασαν, id est cum exiissent: quod referri potest tam ad Christi flagellationem, quam ad coronationem, q. d. Cum exiissent Jesum flagellatum, mox peracta flagellatione chlamydem coccineam circumdederunt ei. Incertum ergo hic est, an Christus post flagellationem resumpsit vestimenta, quibus deinde fursum fuerit spoliatus, ut chlamys coccinea ei injiceretur; an vero post flagellationem ipsi adhuc nudo statim chlamydem hanc imposuerint.

Hinc consequenter incertum est, an Christus ter, an bis duntaxat, fuerit spoliatus vestibus, ut dixi.

Symbolice S. Hieronymus: « In chlamyde coccinea, inquit, Dominus opera Gentium cruenta sustentat. » Et S. Athanasius: « Gestabat, inquit, in coccinea chlamyde speciem sanguinis, quo terra per diabolum funestata et multis cruoris undis imbuta fuerat. » Et Origenes: « Suscipiens, ait, Dominus coccineam chlamydem, in se sanguinem mundi suscepit, » hoc est, peccata, quae sanguinea et rubra sunt sicut coccinea: etenim Deus « posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. »

Analogice S. Gregorius: « Quid enim purpura, nisi cruor et tolerantia passionum, amore regi exhibita. » Et rursus: « Rex noster ascensus purpureum fecit in fereulo, quia ad regnum quod intus aspicietur, per tribulationem sanguinis pervenit. »

CHLAMYDEM COCCINEAM. — Dies: Marcus et Joannes vocant eam purpura. Respondet S. Ambrosius, in cap. XXIII Lucae, fuisse has vestes diversas, ac utraque vestitum fuisse Christum. Melius S. Athanasius, serm. De Cruce et Pass; S. Augustinus, Euthymius, Toletus, Barradius, Gresevus, lib. I De Cruce, et alii censent fuisse eandem, quia color coccineus similissimus est purpureo, unde subinde purpureus vocatur, ut docet Lazarus Baifus De Re vestiarum; aut vestis haec « diaphana, » id est bis tineta, scilicet saepe purpura, id est murice, et iterum cocco infecta: hinc et purpura et coccinea appellari poterat, haec enim sic bis tineta acris coloratur; quam Lentulus Spinter in edilitate primus inquisisse fertur, ait Alexander ab Alexandro, lib. V Genial., cap. XVIII. Ita noster Salazar in cap. XXI Proverb., vers. 22, num. 119. Erat haec vestis regum, qualem hic ironice et per ludibrium erant Christiani, quasi illum subsannantes et illudentes; q. d. En tu dixisti te regem Judaeorum, accipio ergo palliastrium hocque paludamentum regium. Olim enim tale paludamentum fuit chlamys ex purpura: chlamys autem erat vestis strictior et brevior pallio, quam milites super arma inducebant. Videtur autem haec chlamys fuisse vilis et detrita militis alicujus Romani, quae, quia purpurea, signum erat et habitus Imperatoris. Chlamyde primus usus est Numa Pompilius, qui Romulo in regno Romae accessit, teste Suida, verbo Chlamys; et apud Macedones nulla vestis chlamyde fuit regalior, ait Plutarchus in Vita Eumonis. Hinc Claudianus, lib. II De Rapt. Proserpinae, loquens de morte, ait:

Sub tua purpurei venient vestigia reges.

Et Cassiodorus, lib. II Variar., epist. XII: « Purpura, ait, color regnantem discernit, dum conspicuum facit, ne de aspectu principis possit errari. » Et Trebellius Pollio, in Saturnino, vige-

Chlamydem coccineam induit Christum. Quamquam?

Purpura nota regum Christi.